BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

ARISTOTELES

OECONOMICA

EDIDIT

FR. SUSEMIHL

1092

LIPSIAE
IN AEDIBVS B.G. TEVBNERI

VE
RI
TAS

ARISTOTELIS

QUAE FERUNTUR

OECONOMICA.

RECENSUIT

FRANCISCUS SUSEMIHL.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

MDCCCLXXXVII.



LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.
Printed in Germany

SOCIETATI

PHILOLOGAE GRAECAE

QUAE

CONSTANTINOPOLI FLORET

D. D. D.

EDITOR.

Duo ad nos pervenerunt libri Oeconomicorum Aristoteli tributorum: tertius est praeter eos servatus duabus translationibus Latinis. Et primus quidem extitit tempore satis antiquo, etsi maximam partem conscriptus est e Xenophontis Oeconomico et Politicis Aristoteleis[1]). Iam

1) Neque tamen concedo Schoemanno (Observationes in Theophrasti Oeconomicum et Philodemi librum IX de virtutibus et vitiis, Gryph. MDCCCXXXIX. Opusc. III. p. 206 sqq.) et Rauio (Ansichten der Volkswirthschaft, Lips. MDCCCXXI, p. 7), quem ille citavit, plura e Xenophonte deprompta esse quam ex Aristotele. Ille enim (p. 229) cum Philodemo censet pleraque, si quis τὰς δυνάμεις spectet, e Xenophontis Oeconomico summatim translata (κεκεφαλαιωμένα) recte dici: hic non male quidem, sed non prorsus vere tamen scripsit: „Man könnte dies Buch für einen Auszug aus Xenophon, mit Stellen aus der Aristotelischen Politik verbrämt halten, wozu bloss (?) im sechsten Capitel etwas Eigenthümliches ohne besonderen Werth gekommen ist“. Ego cur paulo aliter iudicem, videant lectores ex indice hoce: apte enim viri docti partim compararunt partim potuerunt comparare 1343^a 1—3 cum Pol. 1252^a 8—16, 3 sq. cum Pol. 1255^b 18—20 (1285^b 31—33), 5 sq. cum Pol. 1256^a 5—10. 1258^a 25 sq. 1277^b 29 sq., 7 sq. cum Pol. 1289^a 1—7, 8 sq. (quamquam haec non concinunt cum Aristoteleis) cum Pol. I, 8—11 et 1277^b 24 sq. (1255^b 30 sqq.), 10—12 (quamquam haec non prorsus consentiunt cum Pol. 1278^b 19—30) cum Pol. 1252^b 28—30, 13 sq. cum Pol. 1252^b 31—34, 14—16 cum Pol. 1252^a 24 sqq. ^{b}13 sqq., 18 cum 1253^b 2 sqq. (quamquam etiam hic ab Aristotele differt scriptor), 18—20 cum 1253^b 4 sqq., 20 sq. cum 1252^a 17 sqq. ^{b}10 sq., 25—27 cum 1256^a 14—^{b}37. 1258^b 12—33, 29 cum 1258^b 21 sqq., 30—^{b}2 cum 1256^b 8—22. 1258^a 21—24. 33—37, ^{b}2—5 cum 1319^a 21—24, ^{b}3 sq. cum 1258^b 37. 1337^b

hanc ob causam errare eos arbitror, qui etiam hodie eum revera ipsius Aristotelis esse opusculum credunt vel initium opusculi Aristotelei vel, ut Goettlingius[2]), epitomen e tali opere a Theophrasto factam: sed accedunt aliae rationes gravissimae[3]), quarum duas hoc loco afferre satis esto. Nam prorsus contra ipsius Aristotelis sententiam scriptor contendit ratiocinatione adhibita, ni fallor, absurdissima 1343^{a} 8 sq. oeconomici plane eadem ratione esse quaestum atque usum: et Aristoteli oeconomica doctrina pars politicae est, alteram alteri opponit hic scriptor, licet ratione ab ipso quadamtenus Aristotele repetita. Similiter Eudemo Rhodio (Eth. Eud. I, 8. 1218^{b} 13 sq.) *πολιτικὴ καὶ οἰκονομικὴ καὶ φρόνησις* partes sunt scientiae practicae: unde hanc distinctionem ortam esse apud antiquissimos peripateticos suo iure collegit

8—11, simul tamen et ex parte quidem etiam aptius 1343^{a} 27 sqq. $^{b}3$ sqq. cum Xen. 4, 2. 5, 1—17. 6, 5 et 8—10, $^{b}6$ cum Xen. 6, 10, unde ipsa verba *ἔξω τῶν ἐρυμάτων* repetita sunt, deinde 1343^{b} 7 sq. cum Pol. 1259^{a} 18—21, 9 sqq. cum 1252^{a} 26 sqq., 13—20 cum Eth. Nic. 1162^{a} 16—27, 23—25 cum Gen. An. 731^{b} 31 sqq., 27—1344^{a} 7 cum Xen. 7, 19—30, 1344^{a} 18—22 cum Xen. c. 10, 23 sq. cum Pol. 1259^{a} 18 sqq., 26—29 cum Xen. 12 et 9, 11—13, etiam 30 cum Xen. c. 12 et 9, 12, $^{b}4$—9 cum Xen. 13, 10—12, $^{b}12$ sqq. et 18 sq. cum Pol. 1330^{a} 25—31, 15—17 cum Pol. 1330^{a} 32 sq., 25 cum Xen. 7, 40, 1345^{a} 3 sq. cum Xen. 12, 20, 17—22 cum Xen. 9, 7 sq., 24—30 cum Xen. 9, 2 sq., 31—33 cum Xen. 9, 4 et Pol. 1330^{a} 40 sq., $^{b}1$—3 cum Xen. c. 8 (cf. 3, 2 sq.), quodammodo etiam 1345^{a} 5—7 cum Xen. 7, 33 sqq. 8, 14 sqq. 9, 15. 12, 19.

2) *Ἀριστοτέλους Οἰκονομικός. Ἀνωνύμου Οἰκονομικά. Φιλοδήμου περὶ κακιῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων ἀρετῶν.* Ed. Car. Goettlingius. Ienae 1830. p. XVI sq.

3) Optime eas exposuit Schoemannus l. l. p. 224 sqq. et docuit, quot et quantis vitiis laboret totius argumenti tractatio, hic illic etiam ipsa argumentatio, velut 1343^{a} 8 sq. (cf. Schoemann. p. 210. 211. 212. 213), et quam exiguum sit universae scriptiunculae, licet honestus ex ea nobilisque animus eluceat, pretium, si ad normam severioris philosophiae revocetur.

Zeller[4]). Qui etiam alia esse monet, quae eo nos ducere facile queant, ut ab eodem Eudemo hunc quoque libellum scriptum esse coniciamus[5]): at ipse tamen non ausus est sustinere hanc coniecturam, quia Philodemi Epicurei testimonio[6]), secundum quod a Theophrasto potius originem traxit opusculum, nihil posse, quod satis magni momenti sit, opponi concedit[7]). Eadem erat sententia virorum clarissimorum Niebuhri[8]), Brandisi[9]), Schoemanni, neque ego huic Philodemi vel[10]) eius potius codicis, quem inspexit Philodemus, testimonio nimis diffido, etiamsi scrupulus mihi manet. Quamvis enim saepius haud dubie Aristotelem exscripserit Theophrastus, talem tamen compilationem sententiis Aristo-

4) Philosophie der Griechen II[3], 2. p. 181 sq. n. 6.

5) L. l. p. 944: „Das Verhältniss dieses Buchs zu den ökonomischen Abschnitten der Politik ist dem der eudemischen Ethik zur nikomachischen sehr ähnlich etc." At dissimilis est coniunctio sententiarum Xenophontearum cum Aristoteleis. — V. praeterea n. 13. 14.

6) Vol. Herc. Coll. I. Vol. III (Spengel. Aristot. Stud. III. Mon. MDCCCLXVIII. p. 65 sqq. = Comm. phil. acad. Mon. XI. p. 117 sqq.). Col. 7, 38. 44 et Col. 27, 15. Goettlingium enim, qui l. l. p. XII sqq. ex ipsius Philodemi sententia Theophrastum non esse habendum huius Oeconomici auctorem demonstrare conatus est, satis refutavit Schoemannus l. l. p. 227 sqq.

7) Certe inde, quod philosophis dissuasit Theophrastus uxorem ducere, nequaquam sequitur, id quod credebat Goettlingius l. l. p. XIV sq. et nunc quoque quadamtenus credit Leop. Schmidtius Die Ethik der alten Griechen (Berol. MDCCCLXXXII) II. p. 465. n. 43, eum omnino de matrimonio alia statuisse atque Aristotelem itaque non scribere potuisse quae legimus 1343[b] 8 sqq. Cf. Schoemann. l. l. p. 230 sqq.

8) Römische Geschichte I[3]. p. 22.

9) Rhein. Mus. 1827. p. 260.

10) Id quod recte monet Zeller l. l.: daraus, dass Philodemos Theophrast als Verfasser des Buchs bezeichnet, folgt zunächst nur, dass es in manchen Handschriften ihm beigelegt war.

teleis superstructis, ut ita dicam, nobilitatam, sed aliis praeterea vitiis neque parvis neque raris deformatam e Xenophonte unquam factam a tanto viro esse, hoc quoque aegre adducor ut sine ulla dubitatione credam nisi aliis exemplis eisque certioribus meliora vel potius peiora edoctus. At fortasse libellus generis erat, quae est Schoemanni[11]) sententia[12]), hypomnematici, ipsius tantum scriptoris usui destinatus, et in eiusmodi scripto talis excerpendi ratio largior ut fortasse ne a Theophrasti quidem ingenio abhorruerit. Nescio tamen an lingua elegantior sit, quam qua in eiusmodi commentariis uti solebant et Aristoteles et peripatetici antiquiores[13]). Sed utut haec se res habet, ipsa saltem haec lingua posteriorum temporum nulla certa vestigia continens docet nos scriptorem aut Aristotelis ipsius aut discipuli saltem Aristotelis auditorem fuisse[14]), idemque sequitur ex argumento. Totus enim addictus est scriptor purae putae doctrinae non Aristoteleae quidem, sed peripateticae tamen: tam prorsus abhorret ab eclecticorum ratione, qualis inde a secundo a Ch. saeculo paulatim exorta est, ut ne lenissima quidem Stoica pigmenta, qualia iam in Magnis Moralibus deprehenduntur[15]),

11) L. l. p. 232 sq.

12) Nescio an huic sententiae hoc quoque faveat, quod in indice (Hermippeo) operum Aristoteleorum ap. Laert. Diog. V, 22 proxime post epitomas, quas sibi fecerat Aristoteles e libris Platonis de legibus et de republica, sequitur (no. 23) *οἰκονομικός ᾱ*. Certe non video, cur dubitemus hunc Oeconomicum eundem habere cum superstite libello.

13) et 14) Optime Zeller l. l.: „Auch die Sprache, welche klar und schön, aber von etwas weicherem Ton als bei Aristoteles ist, würde der Vermuthung, dass Eudemos der Verfasser sein möge, einen weiteren Anhalt geben. Im Einzelnen findet sich wie in der eudemischen Ethik kaum Etwas, was als unaristotelisch zu bezeichnen wäre; nur der Ausdruck *τὴν τῶν ἰατρῶν δύναμιν ἐν φαρμάκου λόγῳ* c. 5. 1344^b 9 ist auffallend". De *ὡς* pro *ὥστε* posito v. quae adnotavi ad 1344^a 13.

15) V. quae illi operi praefatus sum p. XI sq. n. 7.

in hoc eius opusculo appareant. Accedit quod Politica Aristotelea, quae hic scriptor accuratissime novit, ita neglecta mox vel ab ipsis peripateticis iacebant, ut inter Hieronymi Rhodii tempora et Ciceronis vel certe eius scriptoris, qui fons erat Ciceroni in libris de republica et de legibus componendis[16]), Ariique Didymi lectorum eorum nullum habeamus certum indicium[17]). Inde vero, quod scriptor 1343^b 9 verbis ὑπόκειται γὰρ ἡμῖν ἐν ἄλλοις Politica haec Aristotelea tamquam suum opus citare videtur, minime concludendum est neque eum revera ipsum Aristotelem[18]) neque eum falsarium fuisse, qui libellum suum Stagiritae supponere voluerit. Immo similia invenimus etiam in Eudemi Ethicis et in Magnis Moralibus[19]), et ubique de hac citandi ratione disceptandum nobis est plane eodem modo. Ubique enim dubitare licet, utrum scriptor ad opus Aristotelis in vulgus non editum tamquam ad communem scholae peripateticae possessionem provocare velit[20]) an potius paraphrasin laudare talis operis a se ipso scriptam.

Secundum librum tam sine ulla diligentiore bonarum litterarum studio quam sine ullo paene pulchri sensu atque honesti neque ab Aristotele neque a primi scriptore[21]) neque eum in finem, ut primum illum continuaret,

16) Panaetium eum esse intellexit et demonstrabit discipulus meus Augustus Schmekelius.

17) V. huius operis editionem meam primam p. XLIII sqq. et tertiam p. XVIII sq. Excipio ipsum librum Oeconomicorum secundum, de quo infra disseram.

18) Id quod inde concludere voluit Goettlingius l. l. p. XI sq.

19) 1201^b 25. 1217^a 17. ^{b}22 sq. 1222^b 38. 1227^a 10 sq.

20) Cf. Schoemann. l. l. p. 232.

21) Haec quidem iam ante complura saecula primus vidit Iacobus Faber Stapulensis anno MDVI, deinde sanis rationibus usus demonstravit Hieronymus Gemusaeus, qui

sed ut peculiaris potius scripti locum teneret[22]) compositum esse nunc inprimis post Niebuhri egregiam de hac re dissertationem[23]) inter omnes constat. Et ne hoc quidem certum est, utrum omnino legerit alterius huius libelli auctor prius illud opusculum an non, quamquam haud dubie iam extabat. Fuit tamen is quoque sectae peripateticae assecla[24]) noveratque et ipse Politica Aristotelea, licet obiter tantum. Totum enim libelli sui scribendi consilium ex eis deprompsit, quae monuit Aristoteles 1259ª 3—36[25]): at oblitus est illi talia omnia vix *οἰκονομικῆς* esse, sed *χρηματιστικῆς* tantum[26]), et visum

operum Aristoteleorum translationes a se collectas edidit Basil. MDXLVIII (v. T. III. p. 184): is igitur secundum hunc librum a primo et tertio a Leonardo Aretino versis (v. infra p. XXI) separavit et proxime post Ethica Eudemia posuit. V. Sylburg. p. 299 sqq. et Niebuhr. p. 412 sq., praecipue autem Goettling. p. XVII sqq., ubi quae p. XIX sqq. leguntur verba non Prosperi Cyriaci esse, sed Gemusaei a Prospero repetita docuit me Roseus De Aristotelis librorum ordine et auctoritate, Berol. MDCCCLIV, p. 60.

22) Haud ab re erit repetere verba Zelleri l. l. p. 994 sq.: „Das zweite Buch der Oekonomik, welches sich selbst mit dem ersten in keine Verbindung setzt, steht diesem unverkennbar an Alter wie an Werth nach".

23) Ueber das zweite Buch der Oekonomika unter den aristotelischen Schriften. Kleine hist. u. philol. Schriften I. Bonn. MDCCCXXVIII. p. 412—416. Inserta erat haec dissertatio antea Niebuhri nomine non adiecto in Suppl. Ephem. litt. Ien. a. MDCCCXIII p. 77 sqq., ususque ea est iam I. G. Schneider in editione sua (*Ἀνωνύμου Οἰκονομικά.* Anonymi Oeconomica etc., Lips. MDCCCXV), quamquam nesciebat eam a Niebuhrio scriptam esse, cui hanc editionem dedicavit.

24) Haud apte Spengelius l. l. p. 74 (126) comparat 1345ᵇ 10 sqq. cum Stoicorum partitionibus ap. Stob. Ecl. eth. p. 224 (II. p. 109, 10 sqq. Wachsm.).

25) Pergit Zeller l. l.: „Seinem Hauptinhalt nach ist es eine anekdotenhafte Sammlung von Beispielen zur Erläuterung eines aristotelischen Satzes (1259ª 3 sqq.)". Idem monuerat Goettlingius l. l. p. XXIII sq.

26) Neque tamen negandum est primum defectionis gra-

illi esse de eis *φορτικὸν τὸ ἐνδιατρίβειν* 1258b 35, quin immo etiam *χρηματιστικῆς* talium exemplorum, qualia ipse collegit, illum plurima minime probaturum fuisse[27]). Attamen vel ex tali operis illius Aristotelei usu verisimile est, ut vix scripserit post finem saeculi a. Ch. tertii. Accuratius definivit tempus aliis rationibus adhibitis Niebuhrius. Cum enim dicat scriptor 1346a 27 *ὅσα δέ τινες τῶν πρότερον πεπράγασιν*, omnes viros ab eo in medium prolatos, cum exaratum sit hoc opusculum, non solum mortuos, sed etiam, nisi lusit verbis *τῶν πρότερον*, diu iam mortuos esse apparet. Neque de alio inprimis nisi de diu iam mortuo loqui poterat talem in modum 1351b 36: *Φιλόξενός τις Μακεδὼν Καρίας σατραπεύων*, Philoxenus autem ille post Aristotelem diem obiit supremum[28]). Idem haud dubie valet de Cleomene 1352a 16 sqq. 1353b 1 sqq.[29]). Utrum pro Antimene

dum a genuina Aristotelis doctrina iam esse, id quod supra p. VI monui, ea quae legimus in primo libro 1343a 8 sq, quam postea hic alter non sine historica quadam, si ita dicere licet, necessitate secutus est. Eo minus omni ex parte vera sunt quae de primo libro scripsit Leop. Schmidtius l. l.: „Dass der wesentliche Gedankeninhalt aristotelisch ist, kann keinem Zweifel unterliegen".

27) Frustra hoc negat Goettlingius l. l. p. XXIII. Gemusaei (v. n. 21) de hac re sententiam probavit Niebuhrius l. l. p. 413 verbis his: „Nämlich die ganze Sammlung enthält eigentlich nur eine Folge von orientalischen Erpressungen und ehrlosen Gaunerstreichen, als Muster und zur Belehrung aufgestellt (1346a 29 sqq.)". Quae etsi non prorsus iusta sunt, id quod sane concedendum est Goettlingio, tamen in plurima horum exemplorum revera maxime quadrant.

28) Non Cariae, sed Ciliciae satrapiam ei datam esse anno 321 a Perdicca narrat Iustinus XIII, 6, 16, postea demum ab Antipatro Diod. XVIII, 39, 6, rectius illam ab hoc ei relictam esse Arrianus Succ. 34 (ap. Phot. p. 71b 24): sed antea inde a Caria novum exercitum Alexandro ab eo adductum esse tradit idem Arrianus Anab. VII, 23, 1. 24, 1.

29) Paus. I, 6, 3. cf. Arrian. Succ. 5 (ap. Phot. 69a 34).

prorsus ignoto 1352ᵇ 26. 1353ᵃ 24 recte Niebuhrius restituerit Antigenem, qui non periit ante annum a. Ch. 316[30]), an potius, id quod magis crediderim, refelli nequeant rationes a Goettlingio coniecturae huic oppositae, in medio relinquo: sed Ophellas (1353ᵃ 5) interemptus demum est anno 308/7[31]). Certe igitur post Theophrasti demum tempus extitit hic libellus. In satrapum usum et in solorum quidem satrapum eundem scriptum esse quamvis non cum Niebuhrio contendam, tamen reapse illo tempore, id quod e prooemio patet, satrapiae nondum erant sublatae: post Ophellae autem mortem nullum supererat regnum in satrapias divisum praeter Syriam, et in ipsa Syria haec rerum institutio finem cepit, postquam terras ante Taurum sitas perdidit Antiochus Magnus anno 189. Certe igitur ante Polybium hic scriptor vixit inter annos, nisi omnia fallunt, fere 250 vel 260 et 200, et haec eius compilatio, de cuius fide historica peritioribus iudicium permitto, est tum miseri status, in quem illo iam tempore inciderat schola peripateticorum[32]), tum labentis graecitatis memorabile documentum[33]). Non enim in ea desunt rudioris dictionis exempla, qualia post Niebuhrium, qui in eis investi-

30) Diod. XIX, 44, 1. Ceterum cum Goettlingio contra Niebuhrium consentit etiam Boeckhius Staatsh. I³, p. 91. n. d (I². p. 102. n. c), qui praeterea citat Lewisium Philol. Mus. N. 1. p. 139 sq.

31) Diod. XX, 40—42. Iustin. XXII, 7. Polyaen. V, 3, 4.

32) Pergit Zeller l. l. p. 945: „Dieses Buch, wenn auch ohne Zweifel aus der peripatetischen Schule hervorgegangen, gehört doch nur unter die vielen Belege der kleinlichen Polymathie, welche nach wenigen Menschenaltern in dieser Schule so stark überhandnahm“.

33) Clausulam imponit Niebuhrius dissertationi suae verbis his: „Dadurch wird uns sein Buch litterarisch interessant; denn es fällt in eine Zeit, aus der in Prosa kaum vier *oder fünf* Schriften auf uns gekommen sind“.

gandis minus felix erat[34]), Schneider, Goettlingius, Spengelius notaverunt[35]).

34) V. quae contra eum disputavit Goettlingius l. l. p. 89 sq. Recte tamen vituperavit *συναγηόχαμεν* 1346ᵃ 29.

35) Maxime offendunt praeter alia, de quibus ad indicem lectores relego, 1345ᵇ 28 [*τῷ*] *νομίσματι* (pro *νομίσματος*) *ὤνια*, 1346ᵃ 22 *οἷαί τινες* pro *οἷαί τε*, 1346ᵇ 15 vox poetica *ἀεννάως*, 1348ᵃ 11 verbum *ἐξεκκλησιάζειν* „*in concionem vocare*“, quod usurpari monet Schneider a LXX interpretibus et scriptoribus sequioribus, 1348ᵇ 13 *παραβόλιον*, quod recentiorum esse docuit Boeckhius l. l. I². p. 477. n. d. I³. p. 430. n. a, cum Aristoteles dixerit (fragm. 456 [416] R.) *παράβολον* (cf. Bonitz. Ind. Ar. 562ᵇ 32 sq.), 22 sq. *ὀφείλοντες μισθὸν* (nisi cum Keilio *μισθοῦ* restituendum est) *εἴκοσι τάλαντα*, 30. *δεύτερον δέ* pro *ὕστερον δέ*, 1349ᵃ 15 *Δήμητραν*, 24 *χρυσοφορεῖν* (ut taceam de simplice *φορεῖν*, quod in brevi hoc opusculo ter 1348ᵃ 29, 1349ᵃ 9. 23, in omnibus Aristotelis scriptis semel bisve invenitur) et *ἀνατιθέναι ἐν τῷ ἱερῷ* (*ἐν ᾗ ἑσίῃ* 1353ᵃ 3 ne in hoc quidem scriptore tolerandum esse puto), 1349ᵇ 15 sq. *οἶκοι ὀρφανικοί*, semel 1349ᵇ 16 sq. *ἀποχρῆσθαι* semelque 1350ᵃ 7 *χρῆσθαι* cum accusativo coniuncta, etsi aliis locis hic quoque scriptor dativo utitur, 1350ᵃ 9 sq. *ὁπόταν — δεηθεῖεν*, *ἐπεδίδοσαν* (quem construendi morem saeculis posterioribus proprium fuisse videri adnotat Schneider), 1350ᵇ 13 *εἰ — εἴη* pro *εἰ — ἦν*, 1351ᵃ 20 *τῶν ἀνθρώπων ὧν ἦρχε προστάξαι* pro *ὧν ἀνθρώπων ἦρχε* vel *τοῖς ἀνθρώποις ὧν ἦρχε π.*, 30. *εἰς φυλακὴν ποιήσας* (nisi *ποιήσας* corruptum est), 1351ᵇ 5 sq. *δανεῖσαι ἐν χρόνῳ* (= *ad tempus*) *διειπάμενος ἐν ᾧ — ἀποδώσει*, ubi tamen *χρόνον* pro *ἐν χρόνῳ*, nisi delere mavis, reficiendum esse videtur, 10. *ἐπ᾽ αὐτῷ* = *praeterea etiam* (si recta est lectio), 1352ᵃ 11. *ἐκρέμα*, 12 sq. *ἕκαστος ἔπραττον — ἐξεωνοῦντο*, 30. *τῷ* (nisi cum Scaligero *τῇ* restituendum est) *Φάρῳ*, 34 *ἔδωκαν* (quae forma saepissime recurrit), *ἵν᾽ ἐᾷ*, 1352ᵇ 33. *πάλιν τε πορίζων* (si haec sana sunt), 1353ᵃ 19 sq. et 24. 26 *τέ — δέ* admodum dura ratione adhibita, similiter 1351ᵇ 23—26 *ἐκέλευσε, καὶ — ἀποστέλλειν, ἀποπομπὴν δὲ δώσειν· ἅμα δὲ καὶ αὐτὸς — ἦν*, si haec, id quod minime credo, prorsus integra sunt (cum Scaligero potius seclusi 23. *καί*). Alia in indice breviter notabo. Si revera ipse iam scriptor 1345ᵇ 7 sq. *δεῖ* omisit, hoc in initio certe operis haud parva neglegentia, et omnino haec scribendi ratio etiam in Aristotele aut omnino non agnoscenda aut saltem rarissima est, v. Bonitz. Ind. Ar. 168ᵃ 56 sq. Saepius imperfecto utitur, ubi aoristum expectas, neque decerni potest, utrum ipse modo *ἐκέλευσε* modo *ἐκέλευε* dixerit an librariorum

De tota serie narrationum satis est repetere verba Spengeli: „Catalogus nullo ordine compositus videtur,

erroribus hoc sit tribuendum. Ipse haud dubie saepius variat Aristotelis exemplum secutus, velut in *χρῆσθαι* et *ἀποχρῆσθαι* verborum constructione: affert Spengelius *ἀναλοῦν* et *ἀναλίσκειν*, *εὐπορεῖν*, *ἀπορεῖν*, *πράττειν* et *εὐπορεῖσθαι*, *ἀπορεῖσθαι*, *πράττεσθαι* (v. ind., in quo etiam alia exempla invenies) atque 1347^{b} 36—1348^{a} 3 *ἐψηφίσαντο — καταφέρειν, ἕως ἂν — εὐπορήσωσιν* (*ἐκπορίσωσιν* Camerarius), 1349^{b} 17 *ἀπεχρᾶτο, ἕως — ἔλθοι*, 1351^{a} 3—6 *ἐκέλευσεν — δανεῖσαι, ἕως — διαλυθῇ*, 1352^{b} 9—11 *οὐκ ἔφασαν δεῖν πιστεύειν — ἕως — δῷ*, 1350^{a} 20—22 *προεκήρυξεν — τὸν βουλόμενον — τοὺς ἐγγύους καθιστάναι — καθ' ὁπόσον ἕκαστος δύνηται πείθειν·* adde *ἔφη* et *ἔφησε*. Vocabulis usitatis impertit auctor hic illic significationem admodum inusitatam, velut tali modo 1349^{a} 24 *τάγμα* adhibuit, 1346^{a} 7 *διαγωγῶν* (= *Durchgangszölle*) haud dubie scripsit et 1346^{a} 13 videtur *ἐγκυκλημάτων* pro *ἐγκυκλίων* scripsisse: at ipsa *ἐγκύκλια* ibidem v. 7 sq. quid significant? Obscure vel non satis expedite dicta sunt 1345^{b} 13 *εἰς τοῦτο*, 17 sq. *ὅσα — συμβαίνει*, 20 *δυναμένη μὲν τὸ καθόλου*, 1346^{b} 16 *καὶ* (pro quo *καὶ μάλιστα* aut *μάλιστα δὲ* poni debebat), 1347^{b} 18 *ἐδαπάνα* (= *andernfalls verzehrt hätte*), si integer est locus, 1348^{b} 13 sqq. *τότε κ. τ. λ.*, 1350^{a} 14 *ὡς ἐκδανεῖσαι*, 1350^{b} 24 sq. *ὡς — ἐβάδιζον* (si haec sana sunt), 1351^{b} 22 sqq. *ὃ κ. τ. λ.* (ubi recte quidem *καὶ* expunxit, sed nimis violenter ⟨*εἰς*⟩ *ὃ* scribere et *εἰς ἕτερον χωρίον* delere vult Scaliger, id quod ne sententiae quidem satis respondet), haud certe eleganter 1353^{b} 21 sq. *κελεύσας — ἐκέλευεν*, 1351^{b} 20 *χρημάτων ἐδεῖτο εἰς τοὺς στρατιώτας*, 1352^{b} 20 *πολὺ τὸ ἀνώμαλον ἀνάλωμα*, cf. 1346^{a} 23 *τῶν ἀναλωμάτων τῶν νῦν ἀναλουμένων*, 1346^{b} 19 sq. *τούς τε τόπους τοὺς ἀγοραίους ἐν οἷς ἐπώλει τίς τι*, 21 *τῶν ἁλῶν ἁλ[ατ]οπωλίαν*: ibidem se excipiunt 21. 23 *τῶν ἐργαζομένων* medium et *τοῦ ἐργαζομένου* passivum. 1351^{a} 6 sqq. aut construendum est *ἐκέλευσε κελεῦσαι* aut ad *κελεῦσαι* ter repetitum subaudiendum *συνεβούλευε* ex 1350^{b} 34, quamquam interpositum est v. 3 *ἐκέλευσεν*. 1348^{b} 34 pro *ἐκείνοις δὲ ὑπάρχοντος* certe cum Goettlingio expectas *ὑπ. δὲ ἐκ.*, et etiam melius erat v. 33 *αὐτοῖς* omisso *ὑπ. δὲ αὐτοῖς* scribere. Similiter displicent 1350^{a} 23—26, et Goettlingius cum 1350^{b} 1 sq. *αὐτὸν* post *προέσθαι* e P^{1} adiciat atque *τὸν Τιμόθεον* secludat, vereor ne ipsum scriptorem corrigat: quamquam haec res non est extra ullam dubitationem posita. Sed 1348^{a} 3 *κατὰ τὸ ἀρχαῖον εὐπορήσωσιν* ut haud dubie corrupta sunt, ita fortasse *1345*^{b} *19 pro ἃ πάντα* restituendum est *ἅπαντα* ⟨*ἃ*⟩, et auctor

insunt tamen non neglegenda: nam vicina loca inde a 1347^a 25 hac ratione componuntur: *Ἀντισσαῖος*, *Λαμψακηνοί*, *Ἡρακλεῶται*, quos si *Λακεδαιμόνιοι* secuntur ^{b} 16, id *Σαμίων δεηθέντων* factum esse scias, *Χαλκηδόνιοι*, *Κυζικηνοί*, *Χῖοι*, *Μαύσωλος ὁ Καρίας τύραννος*, *Κόνδαλος Μαυσώλου ὕπαρχος*, *Ἀριστοτέλης Ῥόδιος ἄρχων Φωκαίας*, *Κλαζομένιοι*, *Σηλυβριανοί*, *Ἀβυδηνοί*, *Ἐφέσιοι*: vides Asiam minorem hic inprimis celebrari et commendari: quod si Hippias et Athenienses 1347^a 4—24 Cypselum 1346^b 6 sequerentur, omnia melius cohaererent, primum exempla ex interiore Graecia, deinde *Λύγδαμις Νάξιος*, *Βυζάντιοι*, *Ἀντισσαῖος* et quos enumeravimus. Ephesios sequitur *Διονύσιος Συρακούσιος* novem exemplis illustratus, ut si 1353^b 20 nova duo accedant, quibus opus finitur, haec auctor ipse postea aut alius adderet. Simili neglegentia *Κλεομένης Ἀλεξανδρεύς* bis recurrit 1352^a 16. 1353^b 1, item *Ἀντιμένης* 1352^b 26. 1353^a 24, neque tamen his exemplis illud satis defenditur. Secuntur 1350^a 6 duo loci, qui ad Macedoniam referuntur. Imperatorum argenti penuria laborantium astutiae, quibus militum animis persuaderent aut quas reges docerent, 1350^a 23—1351^a 23 coniunctae sunt Timothei, Datamis(?), Chabriae, Iphicratis, qui quod Cotyn docuit, huius ipsius regis inventum 1351^a 24 — 32 memoratur. Iam regis satrapae

utrum 1350^a 36 *τρίμηνον σιταρχίαν* an cum affectatione quadam *τριμήνου σιταρχίαν* scripserit, difficile est dictu. Denique *εὑρεῖν* „*assequi*" 1350^a 17, ni fallor, tam bene se habet, ut hoc exemplum una cum Polit. IV (VII), 11. 1330^b 5 confirmet etiam coniecturam Heinsi prorsus necessariam Poet. 1460^b 25 *εὕρηται*. Neque eo offendimur, quod satis multa vocabula, quae in servatis quidem Aristotelis operibus fragmentisque deperditorum non leguntur, sed apud rerum scriptores Herodotum, Thucydidem, Xenophontem et apud oratores Atticos, ab hoc quoque scriptore adhibentur: in indice ea uno asterisco notabo.

secuntur Asiae minoris et Aegypti, quibus si duo insunt prorsus aliena exempla, alterum Atheniensium, alterum Chabriae, 1353ª 15—23, illud ad Tyrios pertinere[36]), huius vero consilium Tao Aegyptio datum esse teneas. Agmen claudit Dionysius, de quo iam diximus. Ex his tamen, quae Niebuhri[37]) est sententia, auctorem huius libri Asianum illius terrae fuisse certo confirmari non potest"[38]).

His autem narratiunculis (1346ª 32 — 1353ᵇ 27) praemittitur prooemium exile atque ieiunum (1345ᵇ 7—1346ª 31), quod neque per se spectatum a rebus quibusdam abstinet satis miris[39]) neque idoneum revera est ad sequentia praeparanda[40]).

36) Hac in re errat Spengelius: cur enim, id quod proposuit Sylburgius, pro *Τυρίων*, 1353ª 16 *Λαυρίων* scribendum sit, docuit Boeckhius Ueber die Laurischen Silberbergwerke p. 95 sq. (Opusc. V. p. 12 sq.). Omnes potius difficultates evanescunt, si quaecunque 1353ª 15—ᵇ27 leguntur appendicem esse statuimus.

37) L. l. p. 416: „Er schrieb vermuthlich irgendwo in Kleinasien". Cum Niebuhrio consentit Schneider l. l. p. XII. XIV, idemque Goettlingius inde concludere vult, quod in codicibus optimae notae reperiri satis frequentia ionismi vestigia contendit: at quaecunque attulit praeter unum *κεῖνος* in deterioribus potius libris inveniuntur, neque si in melioribus inessent, inde plus sequeretur quam natum esse videri scriptorem in Asia minore, sed eum non posse, cum hunc libellum scriberet, Athenis vixisse, hoc ne sic quidem liceret asseverare.

38) Sic Spengelius l. l. p. 75 (128) sq.

39) Audi Zellerum l. l.: „zur Einleitung dient eine trockene und ziemlich sonderbare Aufzählung der verschiedenen Arten von Oekonomie".

40) Recte Goettlingius l. l. p. XXIV: „Videtur autem auctor — postea praefationem huic centoni addidisse. Hinc factum est, ut nec ad genera illa oeconomiae, quae dicit 1345ᵇ 12 sqq., propositi sui rationem institueret. Quod si voluisset, primum exempla regiae oeconomiae posuisset §. 1. 2. 4. 13. 15. 20. 27. 41, deinde satrapicae §. 14. 24. 28. 29. 30.

Iam ad tertium transeo libellum. Primum enim Latine reddidit anno MCCXCV Durandus de Alvernia (Du.) unius archiepiscopi et unius episcopi, cum ipse Graecam linguam non calleret, auxilio usus[41]), adiecitque alterius libri, cuius hodie nullum videtur Graecum exemplar superesse, translationem. Hanc nuper recensuit Roseus[42]), addiditque quae in uno codice (e) adscripta invenit et in commentario Ferrandi de Hispania allata alius formae frusta. Et haec quidem Roseus secundae translationis fragmenta esse censet ab alio ex alio codice Graeco haustae: contra Haureavio[43]) viro in hoc studiorum genere versatissimo si credere volumus, nunquam extabat plena haec altera translatio, sed nihil nisi cor-

31. 32. 33. 34. 35. 38. 39. 40, denique politicae §. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 16. 17. 18. 21. 23. 25. 26. 36. 37. Mirum auctorem nostrum ne unum quidem posuisse exemplum quarti generis, quod est privatae chrematisticae". Frustra igitur, ut loquar cum Schneidero (l. l. p. XIX sq.), haec praefatio quattuor illa oeconomiae genera distinxit, cum exempla sint minime ad eorum descriptionem accommodata. Pergit deinde Goettlingius: „mirum etiam eum, qui omnium oeconomiae generum definitiones et terminos dedit, satrapicae definitionem praetermisisse 1345^b 15, quae, si recte video, sic definiri poterat: *μεγίστη δὲ καὶ ποικιλωτάτη ἡ σατραπική*". Haesit in hac re iam Schneider, et recte quidem: at non dubito hoc loco non scriptoris, sed librariorum incusandam esse incuriam: quid multa? exciderunt verba illa iure a Goettlingio desiderata. Cf. n. 62. Ceterum de hoc prooemio post Schneiderum (p. VII sqq.) accuratissime egit Boeckhius Staatsh. I^3. p. 369 sqq. (I^2 p. 410 sqq. I^1. p. 322 sqq.).

41) V. n. 70 et Rose. Aristot. pseudepigr. p. 644 sq.

42) L. l. p. 647 sqq. et brevius Aristot. fragm., Lips. MDCCCLXXXVI. p. 140 sqq.

43) Sur quelques traductions de l'Economique d'Aristote. Annales de la Faculté des lettres de Bourdeaux, II, 4. p. 397 —409. Novi hanc commentationem e relatione tantum, quae legitur in libellis hebdomadalibus Revue critique inscriptis (a. 1880. II. p. 99 sq.).

rectiones marginales sunt lectoris Graece docti scholia illa. Minus fortasse haec sententia mihi displiceret, si ipsa mihi praesto esset Haureavi dissertatio, ut rationes ab eo allatas cognoscere possem: sic vero nequeo non, ut iam olim Roseo adstipulatus sum[44]), ita nunc quoque ei adstipulari. Movent me et alia[45]) et hoc. Extat enim hodieque tertia vel si verum vidisset Haureavius, secunda translatio (*Γ*), licet in paucissimis dumtaxat exemplaribus servata, quae, ut ab hac re incipiam, ambitu a Durandiana illa eo differt, quod ut omnes tres libros complectitur, ita secundus noster Graecus in hac quoque secundus est et tertius is, qui apud Durandum alterius locum obtinet. Praeterea autem in primo quoque libro ex alio codice Graeco originem sumpsit. Sed in tertio si frusta illa confero et cum hac translatione et cum Durandiana[46]), non possum quin ex prioribus duabus tertiam hanc nullo intercedente libro Graeco conflatam esse suspicer. Neque inaudita fuit illis saeculis talis conflandi ratio: immo etiam nunc habemus librum typis impressum, in quo Nicoleti doctoris opera in tertio hoc opusculo e prima illa Durandi et hac tertia translatione quarta quaedam commixta est[47]), similisque mixturae certum exemplum in primo est codex manu scriptus Florentinus, quem infra i nuncupabo. Verumtamen ipsi iudicent

44) In primae Politicorum editionis p. LV. Roseo tamen secunda haec translatio paulo recentior et correctior videtur quam Durandiana, mihi paulo rudior et antiquior. Quamquam rem incertam esse concedo.

45) Scire velim, unde lector ille doctus 142, 16 sq. hauserit *secundum Orpheum* pro *secundum Herculem* et vocabulum Graecum *euthymosynae*, si non ex alio codice Graeco.

46) Cf. quae composui l. l. p. LVI sq. n. 173. 174.

47) Titulum infra afferam. Praeterea cf. quae scripsi l. l. p. LVI. Hanc mixturam Heitzius recepit inter fragmenta *Aristotelis p. 153* sqq.

lectores: sic enim hoc opusculum edam, ut in laevo latere id ita, ut versum est a Durando, in dextro tertiam hanc translationem, quam certe non debebat Roseus nunc quoque prorsus neglegere et alto silentio transire, imprimendam curem et sub utriusque textu fragmenta, de quibus dixi, e Rosei opere repetam. Sed hac una saltem in re non satis possum mirari Haureavium, quod Guilelmum de Moerbeka Γ translationis auctorem fuisse coniecit et eam magis quam Durandianam ad verbum factam esse asseverat. Unde enim hoc sciri potest, cum perierit Graecum exemplum? Immo in secundo libro, ubi cum etiam Graece servatus sit, reapse possumus iudicare, tam libere grassatur interpres, ut eam ipsam ob causam exiguus tantum eius usus sit in verbis Graecis constituendis[48]). Guilelmum autem Moerbecensem hunc interpretem non fuisse facile unusquisque intelleget, qui vel obiter solum vetustas Politicorum translationes et Rhetoricorum, hanc quidem a Spengelio nimis festinanter typis mandatam, illam a me accurate recensitam, quae haud dubie Guilelmi sunt opus, cum hac Oeconomicorum, quam nihilominus ut illas Γ appellabo, comparare et poterit et volet[49]). Et ego quidem hac saltem in re

48) Uno tantum loco nescio quid cogitem 1348^b 13 sqq. Hic enim si eadem fere legit interpres atque nos, profecto non intellego, quomodo haec reddere potuerit ita: *tunc autem multis offerentibus pecuniam propter brevitatem temporis et obtinendam iustitiam multam a singulis congregabat pecuniam.* Accedit quod etiam Latinorum verborum sententia, id quod monuit Schneider, non inepta est.

49) Satis barbara est lingua Guilelmi, at tales voces, quales apud hunc interpretem in libro secundo inveniuntur, velut *guerra, doana, bandus, bandire, comestabuli,* frustra apud illum quaeres. An alius interpretis opus esse in hac translatione secundum librum atque primum et tertium conicere vis? Unum praeterea affero: *ἄν* cum optativo coniunctum vertere solet

minime dubius sum, quin ea non prior sit quam Durandiana, id quod ut crederemus necesse esset, si Guilelmo eam vellemus impertire, sed posterior.

Verum alia restat quaestio multo maioris momenti. Ut enim a Leonardo Aretino, qui et ipse in sua translatione secundo libro omisso tertium illum primo adnectit, falso olim credebant libere illum fictum esse, ut primum suppleret, cum reapse unam tantummodo e diversis illis translationibus — Durandianam, ni fallor[50]) — sermone passim correcto denuo emitteret[51]), ita nuper Aemilius Egger[52]) revera Oeconomicum illum tertium non nisi Latina interpretatione servatum ultima esse primi capita contendit. Huius quoque viri dissertationem non potui ipse inspicere, itaque argumenta, quibus sine dubio hanc sententiam firmare conatus est, plane ignoro, et sic quidem prorsus non video, quo possit fundamento eiusmodi coniectatio niti. Non enim intellego, cur pro fragmento dumtaxat operis maioris cum Schneidero[53]) et Eggero aliisque habeam brevem Oeconomicum primo loco nobis traditum: e contrario mihi quidem Schoemannus[54]) satis demonstrasse videtur quaecunque omnino tractare vel potius adumbrare voluerit eius scriptor, ea plane ab

Guilelmus in *utique* cum futuro, contra hic interpres semper in nudum coniunctivum aut futurum.

50) Quamquam Leonardus quoque 142, 16 sq. *secundum Orpheum* praebet, v. n. 45.

51) V. quae de hac re scite disseruit Roseus De Aristot. lib. p. 60 sqq. Ceterum translationem Latinam Leonardi Graecae linguae reddidit Iacobus Tusanus. Legitur hoc eius opus etiam in Sylburgi, Casauboni, Duvalli editionibus.

52) Question de proprieté littéraire. Les Economiques d'Aristote et de Théophraste. Annales de la Faculté des lettres de Bourdeaux. I. 1879. p. 364—381. Cf. Revue critique 1879. II. p. 463 sq. Philol. Wochenschr. II. 1882. p. 369 sq.

53) L. l. p. XIV. XVIII.

54) L. l. p. 209—224.

eo esse absoluta. Namque post prooemium (c. 1) in parte opusculi generali (c. 2) partes domus homines (accuratius dicere debebat: liberos homines) esse et possessionem, summam autem patrisfamilias curam, si illos respicias, ad uxorem, si hanc, ad victus quaerendi rationem pertinere docet, deinde hanc dispositionem sequens in speciali parte primo loco de uxoris (c. 3. 4), secundo de servorum (c. 5) et de ceterarum possessionum (c. 6) usu agit. Et ut sumam, quod minime concedo, fieri potuisse, ut auctor quae adumbravit de uxore tractanda accuratius postea persequi vellet, tamen eius libelli, de quo nunc loquimur, scriptor omnino non ut ille doctrinam oeconomicam in solis oeconomi, hoc est patrisfamilias, officiis definiendis versari putat, sed non minus quomodo uxor erga maritum quam quomodo maritus erga uxorem debeat se gerere exponit: ergo non est idem cum illo. Accedit quod nusquam similiter ex Aristotele et Xenophonte componit quae ipse in medium profert. Lepidissimum est eius opusculum paraenetici generis ipso Aristotele nequaquam indignum, licet ab alio haud dubie nescio quo scriptum sit: sciteque coniecit Roseus[55]) hunc libellum eundem esse atque eum, qui in operum Aristoteleorum indicis anonymi ex Hesychio Milesio excerpti appendice (n°. 166) *νόμοι ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς* appellatur.

Sed redeo ad libros primum et secundum. Codicum adhuc collatorum antiquissimus est P^b saeculo XIII° exeunte scriptus[56]), quem a Bekkero neglectum in usum meum excussit, qua est benignitate, Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff, aetate secundus, dignitate primus P^2 (I^b apud Bekkerum) saeculo XIV° exeunte ortus,

55) Aristot. pseudepigr. p. 180 sqq. cf. de Aristot. lib. p. 61.
56) V. Prolegg. Magn. Mor. p. VIII et p. VI cum n. 1.

quem post Bekkerum ipse denuo perlustravi: ceteri omnes XV^0 demum saeculo partim ineunte (velut M^b), partim medio, partim exeunte (velut P^6 anno MCDXLII, U^b anno MCDXCIV), pauci XVI^0 demum ineunte exarati sunt. Et duae quidem sunt codicum familiae, altera Π^1 melior, quae praeter editionem principem Aldinam (Ald.) solos P^1 a Demetrio Chalcondyla aut exeunte saeculo XV^0 aut ineunte XVI^0 scriptum et P^2 libros ita comprehendit, ut P^1 et Aldinus codex artius inter se quam cum P^2 cohaereant, altera Π^2, cuius optima exempla sunt M^b et P^b, plerumque deterior[57]). W^b per paucos tantum versus a Bekkero comparatus videtur descriptus esse ex editione Aldina: quapropter eius lectiones uno dumtaxat loco duobusve commemorabo. Ceteroqui praeter P^2 septem codices adhibuit Bekker, $QM^bQ^bS^bT^bU^bX^b$, sed duos

57) Saepius huius recensionis auctor cum ea, quae merito ei displicebant, emendare conaretur aut difficiliores scripturas cum facilioribus commutaret, ipsum scriptorem correxit, cf. 1348^b 12. 1349^a 24. 30. 1350^a 4. 9. 1352^a 11. ^{b}15. 20. Nonnunquam tamen haec potius familia aut verum aut veri vestigia retinuit, ubi ea deseruit altera illa. Diu dubius haesi in verbis 1352^a 21 sq. *ὥστε συνέβαινεν αὐτῷ εἰ μὴ ἐξαγομένου ὀλίγου πολὺ τέλος λαμβάνειν.* Si cum Π^1 recensione *εἰ μὴ* omittuntur, hac sola ratione existit sententia rei tractatae penitus apta. Nam quae vis sit verborum duabus illis particulis servatis, recte quidem explicuit Goettlingius, cum etiam alibi „*ὀλίγον* esse *parum (gar zu wenig)* contrarium verbi *nimis*“ doceret, sed non video, quomodo hoc ipso loco idem illud fieri queat, utpote quo oppositum *πολύ* procul dubio non *nimis multum*, sed simpliciter *multum* significet, neque si queat, in totam sententiarum continuationem hoc satis quadrare crediderim, v. v. 16 sqq. *λιμοῦ κ. τ. λ.* Nihilominus *εἰ μὴ* secludere non audeo, cum non intellegam, unde oriri potuerit plane falsum eiusmodi additamentum. Gravius igitur vitium suspicatus post haec duo verba posui lacunae signum (cf. n. 62), tametsi plane ignoro, quaenam fuisse queat sententia eorum, quae, nisi fallor, hoc loco perierunt. — Ceterum titulus modo *Οἰκονομικός* modo *Οἰκονομικά* in fontibus ita est, ut hoc quidem *minime* variet secundum familias.

tantum eorum totos S^b et T^b, per primum librum M^b, per priorem secundi partem 1345^b 7—1349^b 14 U^b, per posteriorem inde a 1349^b 1 Q, reliquos duos Q^b et X^b dumtaxat per 1343 (ubi etiam Q ab eo collatus est) et 1349^b 7—22: ego quidem et horum duorum etiam his locis et Q libri per 1343 in hac editione paene nullam rationem habebo, cum eis ad textum recensendum facile careamus. Iam autem ante Bekkerum L^s codice per secundum librum usi sunt Schneider et Goettlingius totisque S^b et U^b libris Goettlingius secundum suam et P^1 codice secundum Hasei collationem. Mihi L^s codicem per primum quoque librum liberalissime comparavit et compluribus secundi locis denuo inspexit Eduardus Zarnckeus. De S^b et U^b non semper consentiunt Goettlingius et Bekker: ego certe illius expressis verbis ubique magis confisus sum quam huius silentio, et eo magis hoc potui, quo magis me hac in re non falsum esse docuerunt novae Brunonis Keilii curae. P^1 iterum pro me perlustratus est a Patzigio, qui etiam P^6 librum usque ad 1344^a 36 meum in usum contulit. Ipse primus P^4 codicem et denuo editionem Aldinam excussi[58]). Complures locos in P^4, paucos in P^2 et P^6 exemplaribus intercedente viro clarissimo Ludovico Haveto denuo mihi comiter perscrutavit Henricus Lebegueus. Denique optime meritus est de hac mea editione Bruno Keilius discipulus et amicus. In M^b enim codice librum secundum primus, S^b denuo totum mihi contulit, in aliis exemplaribus Italicis Q P^b T^b U^b et per primum librum in M^b haud paucos locos in usum meum iterum examinavit. Nec non satis multas mecum communicavit suas

58) Novas $P^{1.2.4.6}$ et editionis Aldinae collationes divulgavi in editionis Politicorum primae p. 597 sqq., ubi addenda et corrigenda sunt pauca secundum hanc meam recensionem.

coniecturas. Iam, id quod ex omnibus illis collationibus apparet, e deterioribus codicibus artiore vinculo inter se coniuncti sunt $P^4L^8U^b$ (= Π^b), et (Q^b) S^bT^b(X^b) cum P^b, etsi non sunt ex eo descripti, sed e libro simili: ubi igitur inter se consentiunt $P^bS^bT^b$, signum Π^a adhibebo. Tertia species sunt Q et M^b, qui saepius a ceteris omnibus recedentes inter se soli ita conspirant, ut quamquam non habeo totius Q exemplaris collationem, tamen, ubi fieri possit, hanc speciem Π^c nota comprehendam: magis consentiunt inde a 1349^b cum Π^a quam cum Π^b: nonnunquam tamen Q ubi cum Π^a congruit, M^b potius cum Π^b eandem lectionem praebet, et ante 1349^b paulo dumtaxat rarius concordat cum Π^b quam cum Π^a. L^8 autem et U^b magis sunt inter se et cum P^6 quam cum P^4 cognati, et hic illic soli consentiunt cum Π^c vel certe cum M^b. Totum igitur codicum stemma videtur fere hoc esse:



Ceterum ubi eandem lectionem offerunt P^1 et Ald. a P^2 differentem, ibi ea plerumque est repudianda. Translationis a Durando factae (Du.) nonnullos codices ipse poteram perscrutare, sed simul variis lectionibus usus sum, quas ex ea divulgavit Thurotus[59]): alteram primi libri translationem *Γ* ipse edidi[60]), secundi alio tempore edam. Omnes autem locos, quibus vel alteruter vel uterque interpres a textu mihi recepto aut declinat aut videtur declinare, nunc cum lectoribus communicare non mihi operae pretium videbatur: ergo ab eis peto, ut de eorum scripturis e silentio meo nihil colligant. De vertendi ratione, qua alter (*Γ*) in libro secundo usus est, iam supra (p. XIX) egi: nunc unum adicio. Saepe enim verba, quae non legere potuit vel non intellegere vel quae incommoda ei erant ad vertendum, prorsus omisit: complura huius generis exempla, non omnia denotabo. Sed etiam a contrario vitio non abstinuit parvorum additamentorum, quibus Schneider saepius se decipi passus est[61]): fortasse tamen, si minus omnia, pars saltem eorum scholia erant, quae invenit in codice suo Graeco. Praeterea autem non tota est haec translatio servata: immo magnae, quas omnes indicabo, in om-

59) Revue critique 1869. II. p. 86 sq.

60) Oeconomicorum, quae Aristoteli vulgo tribuuntur, libri primi vetusta translatio Latina, Gryph. et Berol. MDCCCLXX.

61) Velut 1347^a 30 pro *ἀποδόσθαι* reddit „*ad propinquas civitates vendere*“, unde Schneider eum *εἰς τὰς πλησίον πόλεις* addita legisse conicit, 1348^b 11 pro *διὰ πολέμου* „*propter guerram quae inciderat*“, unde Schneider et Goettlingius *διὰ πόλεμον τὸν ἐμπεσόντα* scripserunt, ibidem v. 21 pro *τὰ ἐμπόρια* „*mercatum Macedoniae*“, unde Schneider *τὰ ἐμπόρια τῆς Μακεδονίας* recepit. 1351^b 18 *ἦλθεν* non vertit, sed addit haec: *furabatur igitur ab anno mensem.* 1346^b 1 *factus autem* ante *ἐκέλευσεν* non minus videtur eius ipsius additamentum: nihilominus nescio an recte *γενόμενος* adiecerit Schneider.

nibus fontibus sunt lacunae, plures in ceteris, in i codice paulo pauciores. Neque tamen prorsus spernenda est, praesertim cum exemplar, e quo fluxit, Graecum multo magis certe, ne nimium dicam, consenserit cum Π^1 quam cum Π^2 recensione.

Scatent etiam in optimis fontibus verba tradita omnis generis corruptelis[62]), in quibus emendandis inprimis editor Basileensis tertius, Camerarius[63]), Sylburgius, Ios. Scaliger[64]), Schneider, Goettlingius, Boeckhius, Bekker, Spengelius, Kirchhoffius[65]), Keilius laboraverunt: minus bene res cessit I. G. Schlossero[66]), et Schneideri quoque omnia commenta afferre minime opus est. Quae mihi placent coniecturae in ipsa verba non mihi receptae, eas diductis litteris imprimendas curabo. Ceterum Philodemi codex praestantior erat omnibus, qui tempus tulerunt, quin etiam saepius scripturas ab hoc Epicureo

62) Recte Spengelius l. l. p. 75 (127): „saepius verba quaedam exciderunt": cf. 1344ᵃ 13. 1346ᵃ 20. 31. ᵇ18. 22. 1347ᵇ 13. 1348ᵃ 10. 12 (?). 17. ᵇ10. 21 (?). 22 (?). 23. 31. 1349ᵃ 31. ᵇ32. 1350ᵃ 12. 18 (?). 1352ᵃ 8. 21. ᵇ33. 35 (?). 1353ᵃ 3. 4. ᵇ8. 24, praeterea de 1345ᵇ 15 v. n. 40. De 1352ᵃ 21 sq. autem accuratius disserui in n. 57.

63) Politicorum et Oeconomicorum Aristotelis interpretationes et explicationes, Francof. MDLXXXI. Translatio Oeconomicorum denuo impressa est in editione Aristotelis Bekkeriana.

64) V. Oncken. Scaligerana zu Aristoteles' ethischen und politischen Schriften, in Eois I. (1884). p. 417 sqq. Non omnes tamen eius coniecturae mentione mihi dignae videntur.

65) Zur aristotelischen Oekonomik. In Herm. XIII. 1878. p. 139 sq.

66) Aristoteles Politik und Fragment der Oekonomik, Lub. et Lips. MDCCXCVIII. T. III. p. 213 sqq. Neque tamen haec eius translatio ita vituperanda est, ut fecit Schneider l. l. p. VI. XXIV: immo non sine voluptate ac bona fruge eam legi. Complectitur etiam tertium librum Aretino ab eo tributum, de quo opusculo admodum perversum est Schlosseri iudicium.

oblatas recepissem, si certum esset eum semper eadem verba retinuisse et non interdum potius ea, quae invenit, cum aliis permutasse eiusdem sensus. Vituperandus autem est Bekker, ut qui melioris recensionis Π^1 una tantummodo sobole P^2 codice usus sit, quo factum est, ut nimis saepe huius familiae lectiones deseruerit et haud raro iam Aldina editio praestantior sit quam Bekkeriana. Ubi a Bekkero recesserim, semper, ubi a Schneidero vel Goettlingio, nonnunquam indicabo.

Nunc autem sigla, quibus per libros primum et secundum usus sum, comprehendam:

P^1 = Parisiensis 2023[67]).
P^2 = Parisiensis Coislinianus 161.
corr.$^1 P^2$ et mg.$^1 P^2$ = eodem et
corr.$^2 P^2$ = nigriore atramento in eodem codice ab ipso librario adscripta.
P^4 = Parisiensis 2025.
P^6 = Parisiensis 1857.
L^s = Lipsiensis bibliothecae Paulinae 1335.
Q = Marcianus Venetus 200.
M^b = Marcianus Venetus 213.
P^b = Vaticanus 1342.
Q^b = Laurentianus 81, 5.
S^b = Laurentianus 81, 25.
T^b = Urbinas 46.
U^b = Marcianus Venetus, append. IV, 3.
W^b = Reginensis 125.

